

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6700

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Henri d'Oxford [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1156

Lieu d'émission : Chinon

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Concession de terres à Henri d'Oxford.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° XVI, t. 1, p.110-111.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 110.

Texte établi d'après a

CARTA HENRICI DE OXNEFORD[A].

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, baronibus, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Anglie, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Henrico de Oxeneforda et heredibus suis in feodo et hereditate omnia tenementa et jura et acata sua que tenet de me in capite, de quocunque teneat, et nominatim infra civitatem Oxeneforde, terram Godwini avi sui, et Eitwi filii sui, et terram Roberti avunculi sui, et terram Willelmi Pictavensis avunculi sui, et terram Rogeri filii Wigeri cognati sui, et terram Gaufridi de Clintonia camerarii cum una hida terre que ad eam pertinet que est apud Waltonam extra civitatem Oxeneforde, quam Gaufridus filius predicti Gaufridi camerarii et dedit et hereditarie tenendam concessit, pro vadio suo de Gyftelai et Couelai ; et extra civitatem Oxeneforde, ex dono imperatricis domine et matris mee et meo, Kinges molendinum cum omnibus pertinentiis suis, et in Wottesdune XXti. libratas terre cum pertinentiis suis libere et quiete habendas et tenendas donec warisonem suam sibi vel heredibus suis donem de dominio meo vel de alia re sibi et heredibus suis finaliter remanente. Et terram quam Brientius filius comitis ei dedit in Clopcote, per servicium quarte partis unius militis, ita tamen quod excambium ei inde dabo ad valentiam, si terram illam de Clopcota in meum dominium capere voluero. Et molendinum de Sillingeforda, cum omnibus pertinentiis suis, et omnes terras suas et omnia acata sua infra civitatem Oxeneforde et burgum Warengeforde et ubicunque sint alibi et de quocunque ea teneat. Quare volo et firmiter precipio quod ipse et heredes sui habeant et teneant hec omnia predicta bene et in pace et libere et hereditarie et quiete et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in viis et semitis,

in feriis et mercatis, infra burgum et extra, et in omnibus locis et in omnibus rebus, cum soca et saca et toll et team et infongenetheof, et cum omnibus aliis libertatibus et liberis consuetudinibus et quietantiis predictis terris et tenementis pertinentibus.

Testibus : Willelmo fratre Regis, et Ricardo de Humetis constabulario, Roberto Filio Reg., Raginaldo de Sancto Walerico, Warino Filio Geroldi camerario, Mann[assero] Biset dapifero, Henrico de Oilli constabulario, Roberto de Dunstanvilla, Willelmo de Lanvalai, Ricardo de Sancto Remigio, Philippo de Columberiis, et Roberto de Watevilla. Apud Chinonem in exercitu.